



XLIX.

Письмо Якова Маркарта къ киевскому уніатскому митрополиту Веніами-
ну Рутскому съ извѣстіемъ о ходѣ дѣла относительно замѣщенія Киево-
печерской Архимандріи по смерти Захарія Копыстенскаго.

1627 i. окт. 13.

Illustrissime ac Reverendissime Domine...

Ut Privilegium electionis pro R. P. Tiscovicio a sua
M—te daretur, serio a me laboratum est, sed nihil ad hoc
effectum; nescio alicuius e Regni senatoribus persvassione vel
informatione secundam contradicentibus monachis factam, sua
M—tas habet suspectam et minus validam, et licet a me, quan-
tum scire poteram ex copia electionis ad me transmissa,
praedicta altera electio valida affirmaretur, nihil tamen in
praesenti super ea Sua M—tas decernire voluit. Ego existi-
mo ut si forsitan Illust. D. V. hoc tempore comitiarum nollit
aut non possit propter negotium excurrere, Illustr. Palati-
nus Kiioviensis aut quispiam alias huic ielectioni faventior
suam M—tem de valore dictae electionis plene informet. Non
desunt hic, qui filio Hospodari faveant, ejusque electionem le-
gitimam fuisse dictitent, aut etiam aliunde scribant de hoc
negotio potius illi quam P. Tiscovicio favendo. Satis hisce
sic a me expositis, Illust. Dom. Vest. statuit, non dubito, ut
quod majore Dei honore et Ecclesiae emulamento..... facit
in effectum deduci possit. Interim me Illust. ac Rever. D.
V—rae sanctis sacrificiis et precibus commendatum exero.—
Varsaviae, 13 octob. 1627 an.

Illustr. ac Reverend. Vestrae servus...

Jacobus Marcartus.

Адресъ: *Illustr. ac Rev. D. D. Iosepho Velamin Rudzki,*
Metropolitae Kiioviensis... et caet...

(*Изъ Архива греко-уніатськихъ митрополитовъ при св. Синодѣ*)